

Romae, ara rep. cum ea quae praecedit (Henzen ann. inst. arch. 1885 p. 239). — 1) *A. 132.* — 2) *A. 103,* 3) *a. 104,* scilicet milites facti; duodetriginta igitur vel undetriginta annos meruerant. Similiter anno 133 exauctorati sunt equites singulares qui milites facti erant annis 103 et 106 (Henzen l. c. p. 242), sed anno 134, testibus aliis lapidibus similibus, ii tantum qui milites facti erant anno 107, a. 135 milites facti a. 108, a. 136 milites facti a. 109, a. 137 milites facti a. 110, a. 138 milites facti a. 111. De iis qui milites facti erant a. 112 et a. 113, nihil scimus. Milites facti anno 114, dimissi sunt a. 139 post stipendia viginti quinque, cf. *N. 2182,* similiter a. 140 ii qui milites facti erant a. 115, a. 141 milites facti a. 116, a. 142 milites facti a. 117, a. 143 milites facti a. 118 (Henzen l. c. p. 252—255). Etiam sub Severo Alexandro numerus viginti quinque stipendiorum legitimus fuit in equitibus singularibus Augusti (supra *N. 2009*). — 4) Oriundus ex colonia Traiana Baetiasorum in Germania inferiore. Traianensis Baetiasius etiam aliis duobus nominibus adscriptum est, praeterea uni tantum domus: Fl. Sirmi. — 5) Ex *XLVIII* militibus exauctoratis a. 132 triginta sex appellati fuerunt *M. Ulpii,* tres *P. Aelii,* duo *M. Cocceii,* tres *C. Iulii,* duo aliis nominibus.

2182 I. o. m. et Genio imp. | Titi Ael[i] Hadr[i]ani Antonini | Aug. P[i] p. p., cives Thraeces | missi honesta missione ad diem¹ | e[x] numero equitum sing. Aug., | quorum nomina in lateribus | d[e]scripta sunt, laeti libentes | p[o]suer[un]t statuam | marmoream cum sua base, | imp. Antonino Aug. II et | [B]ruti[o] Praesente II cos.² | k. M[ar]t., sub Petronio | Mame[r]tino et Gavio Maximo p[r. pr.]³ et Alerio⁴ Maximo tribuno, et | centuriones exercitatores⁵ | [F]l. Ingenuo, Iul. [C]erto, Ulp. Agrippa, | Val. Basso⁶, qu[i] m[i]litare coeperu. | Vopisco et Hasta cos.⁷ (*In lateribus perscripta sunt nomina militum undequadragenta*)⁸.

Romae ara rep. una cum *N. 2180* (Henzen ann. inst. arch. 1885 p. 250). — 1) *Ad diem missos cum se praedicant hi milites, indicant commilitones suos saepius ultra tempus statutum retentos esse. Videntur esse hi primi equites singulares dimissi post stipendia XXV, cf. not. 7.* — 2) *A. 139.* — 3) *Cf. N. 2012 not. 2.* — 4) *Scr. Valerio vel Galerio.* — 5) *Requiritur casus sextus.* — 6) *Ex quattuor his centurionibus tres primi redeunt in similibus basibus a. 142 et 143, loco Valeri Bassi adest Pontius Maximus.* — 7) *A. 114. Viginti quinque igitur annos hi meruerant; is iustus fuit numerus stipendiorum equitum sub Severo Alexandro (cf. N. 2181 not. 5).* — 8) *Ex his XXXIX militibus duodetriginta fuerunt appellati P. Aelii, decem M. Ulpii, unus L. Cassius.*

2183 (*imago Silvani*) imp. Caes. T. Aelio | Hadriano | Antonino | Aug. Pio p. p. III, | M. Aelio Aurelio | Caesare II cos.¹, | pr. non. Ianuar. | veterani ex | numero eq. sng. (*sic*) | imp. n., missi | honesta missione | quibus praefuit | Tattius Maximus³ | tribunus | Silvan. aram | votum animo | libentes posuer. (*In latere*) P. Aelius Bassus, | P. Aelius Satyrio sig., | C. Iulius Valens | armor. cust., | T. Flavius Macedo, | P. Aelius Celsus, | P. Aelius Sextus, | P. Aelius Bithus tubice., | P. Aelius Domitius, | P. Aelius Petronius, | P. Aelius Severus | tablier⁴, | (*in altero latere*) P. Aelius Senilis, | C. Iulius Senilis, | C. Iulius Saepinus, | L. Cassius Tertius, | P. Aelius Neo sign., | P. Aelius Optatus, | P. Aelius Numerius, | P. Aelius Valens hast.⁵, | P. Aelius Quintus, | P. Aelius Domitius, | P. Aelius Saturninus sig.